

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nummotheca Principum Austriae**

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

**Herrgott, Marquart**

**Friburgi Brisgoviae, 1752**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241470)



Tab. XIV. Rege Romanorum eligendo, propositumque fuit, LEONEM Papam eo inducendum esse, ut coronam & alia Imperatoriæ dignitatis insignia per legatum conferenda, in Germaniam mittat: atque in iisdem demum comitiis CAIETANUS Cardinalis, Papæ nomine Cæsari gladium & pileum consecratum obtulit (a). Præfens itaque numisma honorarium, bene de Cæsare merentibus in eodem conventu distribuendum, signatum fuisse, credibile est.

Eodem anno numisma maximi moduli & excellentis pulchritudinis percussum fuit, cuius typus effigiem Cæsaris MAXIMILIANI exhibet, sed illud ad Perillustris & generosæ gentis Sickinganæ historiam potius, quam ad res Austriacas attinet. Eius exemplum & descriptionem reperies apud LOCHNERUM in coll. num. ad an. 1737. p. 201. *M. Imp. æ.*

XXXIX.

Protome Cæsaris fere ut num. XXI. in area hinc inde æra Christi M D. XVIII. absque alia inscriptione.

Hoc anno, ut in notis ad nummum proxime præcedentem iam monuimus, conventus Augustæ Vindelicorum cum S. R. I. Electoribus celebratus fuit; unde fas est opinari, nummum istum, qui averfa parte caret, in honorem MAXIMILIANI Imp. forte in civitate Augustana signatum, atque eiusdem in hac ætate effigiem de-

(a) Vid. MANL. ap. FREHER. T. II. & RAYNAUDUM T. X. p. 530.

fiderantibus, venditum fuisse. *MAXIMILIANUS I. M. Imp. ar. pond. 1. unc. drach. 2. ̄ in T. H.*

XL.

Protome Cæsaris fere ut num. præcedenti, sed caput, caliptra opertum pellicea, dextrorsum respicit. In ambitu duabus lineis sequens perigraphæ legitur: *MAXIMILIANUS ROMANORUM CÆSAR 12. DIE MENSIS. IANVARIJ. ETATIS. SVE. ANNO. 59. FELICITER IN. DOMINO. OBDOXIMVIT. ANNO. CHRIS. TI 1519.*

Postica sequens distichon inter duo encarpa, appensis duabus parmulis, quarum superior *Austria* tantum, inferior *Carinthia* & *Austria* tesseras coniunctas complectitur:

*QVI. FVERAS. SEMPER. PATIENS. PLENVSQVE. LABORVM. NVNC. REQVIE. SVPERVM MAXIMILIANE. CVBA.*

Cl. KOEHLERUS, qui typum huius nummi edidit, & notis illustravit (b), insignia parmulae inferiori impressa pro scuto *Styria* habet. At ego quidem illa *Carinthia* tesseram credo; quandoquidem Ducatus *Austria* in scuto simplici nonnisi *pantheram* præbet; at vero parmula scutaria, de qua quæstio, in nummo bipartita est, & ad lævam quidem recurrit fascia Austriaca, a dextris autem chalcographus tres leones non satis clare distinxit. Ut ut sit, nummum hunc parentalem, iussu inclytorum Ordinum Austriæ percussum fuisse existimo; his vero Ordinibus *Styria* æque ac *Carinthia* adnumerantur.

E 3

Diem

(b) P. I. pag. 185.



MAXI-  
MILIA-  
NUS I.

a Diem obitus, 12. Januarii in nummo rite signatum, bene defendit laudatus auctor contra BURCKENIUM (a). *M. Imp. ar. pond. 2. drach.*

## XLI.

MAXIMILIANUS ROMANORUM IMPERATOR. ARCHIDUX AVSTRIÆ. Protome Imperatoris fere ut num. XXI. pilei tamen margo latior est, & demissa, isque singularis formæ.

Pars averfa sequens epigramma, laureæ inclusum continet: DER. CHRISTLICH TVIREST. FYRST. STARB. AVF. DEN. 12. TAG. IENER. ANNO ZC. 1519. i. e. Christianus præstantissimusque Princeps moriebatur die 12. Januarii anno Christi 1519.

Habes hic alterum nummum funebrem cum Germanica inscriptione; sed ubi & cuius iussu percussus fuerit, in ambiguo est. *M. Imp. ar. pond. 2. drach.*

## NUMMI RESTITUTI.

## XLII.

Protome Cæsaris in toga cum patagio pelliceo, & Ordinis aurei velleris insigni ab humeris defluente, capite coronato, & ad lævam converso, sine perigraphæ.

Atramento quidem a recentiori manu addita est æra Christi 1512. sed non video, unde auctor de hac æra divina-verit. Attamen quia HERÆUS hunc ipsum typum in numerum nummorum suorum Austriaco-

(a) Ibid. pag. 192.

rum adscivit, nos quoque eide-  
dem, ob formæ elegantiam, lo-  
cum hic lubenter concedimus.  
*M. Imp. ar. pond. 2. drach.*

## XLIII.

Addo ex iisdem gazis caput MAXIMILIANI, præcedenti typo haud absimile, non quidem cusum, sed affabre sculptum in argento.

## XLIV.

DIVI FRIDRICHVS. 3. PAT. ER ET. MAXIMILIANVS. FILIUS IMPER:atores ROMANI.

Protomæ iugatæ, patris & filii, in togis, cum patagiis pelliceis: illius caput caliptra plicata tectum est, hic vero pileo, & torque Ordinis aurei velleris conspicuus, uterque ad lævam respicit.

NOBILISS:ima AC. ILLUSTRISS:ima DOMVS. AVSTRIACAE. IN-SIGNIA. ANNO. I. 5. 31.

Scutum quadripartitum, & pileo Archiducali tectum, quod a duobus geniis alatis sustinetur.

Primus quadrans *Austriæ* veteris & novæ symbola repetita continet. Secundus *Styriæ* & *Carinthiæ* insignia complectitur. Tertius binas aquilas *Carniola* & *Tyrolis* impressas habet. Quartus denique *Leonem Habsburgicum* præfert.

Typum huius nummi, qui duodecimo anno post excessum MAXIMILIANI Cæsaris cusus est, iam ediderunt viri Clar. BOECLERUS & MELLENIUS, atque eruditæ annotationibus illustrarunt, quas hic reperere nolo.

Lau-



quoque etiam  
tiam, lo-  
cedimus  
drach.

is caput  
dentis ty-  
n quidem  
sculptum

3. PAT.  
FILEM

tris & fi-  
gis pel-  
tra pli-  
ero pi-  
s aurei  
rque ad

TRISS  
AE. IN-

am, &  
quod  
inetur.

ria ve-  
epetita  
ria &  
ctitur.  
arniola  
Quar-  
absur-

i, qui  
cessum  
us est,  
Box-  
atque  
ultra-  
nole.  
au-

MAXIMILIANVS AVGVSTVS

